terre omnes gentes seruent

Ade tue q̄s **sc̄pt.** a
dnē p̄ncipis dona intu-
ere. quibus iam nō au-
rum thus et mirra pro-
fertur. sed qd̄ isdem mu-
neribus declaratur. un-
molatur et sumitur.

Ihus xps **ps̄l̄m.** Quia
cū vnigenitus **Comuni-**
cantes et die sacra. co.

Quidimus stellam eius i
oriēte et venimus cū mu-
neribus adorare dñm **apl.**

Dñi q̄s omp̄s deus:
ut que sollemni celeb̄-
mus officio: purificate
mentis intelligētia
consequamur. **Ps̄l̄m.** **In**
oct. Ep̄l̄ico. **Ecce ad.**

Deus cuius **Oratio**
vnigenitus tuus
in substantia n̄re car-
nis apparuit. p̄n̄ q̄s:
ut per eū que similem
nobis foris agnouer-
imus: intus reformari
mereamur. **Qui tēcū**

In diebus **ys̄l̄m. ps̄l̄m.**
illis. **Dixit ys̄l̄m.** Do-
mine deus meus hono-
rificabo te: laudē tribu-
am nomini tuo: qui
facis mirabiles res. **Cō-**
siliū tuū antiquū ver-
fiat. **Dnē ex̄celsū est**
brachū tuū: coronata
est gloria. **Exultet deser-**
tū. exultent solitudines
iordanis: et p̄plus me-
us videbit altitudinē
dñi. et maiestatem dei.

Et erit congregatus et redemptus p̄ deū; et veniens in syon cū leticia, et leticia sempiterna erit super caput eius, laus et exultatio. Et aperta in montibus flumina; in medijs campis dirumpia, et terra siccitate sine aqua confundā. Ecce puer meus exaltabitur et elevabitur; et sublimis erit valde. Haurietis aquas i gaudio de fontibus saluatoris, et dicetis in illa die Confitemini dno et invocate nomen eius. Notas facite in pplis adinventiones eius in memoriam qm̄ excellens ē nomen eius. Cantate dno qm̄ magnifice fecit; annunciate hoc i vniuersa terra. Dicat dñs omnip̄s **math̄m**. **I**n illo tempore Venit ih̄sus a galilea in iordanem ad ioh̄em; ut bap-

tizaretur ab eo. **I**oh̄es autē phibeat cū dices Ego a te debeo baptizari; et tu venis ad me. Respondens autē ih̄sus dixit ei Dime modo; sic enī decet nos implere omnē iusticiā. Tunc dimisit eum. **B**aptizatus autē; festinus ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi; et vidit sp̄m̄ dei descendente sicut columbam; et veniente sup se. Et ecce vox de celis dicens Hic ē filius meus dilectus; in quo michi complacui. **S**ecretum. **H**ostias tibi dñe pro nati filij tui apparitione deferimus, supplicat̄ orantes, ut sicut ip̄e n̄r̄s auctor ē munerū ita ip̄e sit misericors et susceptor. **I**h̄s xp̄s **apl̄**. **C**elesti lumine q̄s domine semp̄ et ubiq̄ nos p̄ueni; ut misterū au?

nos participes et voluisti; et puto cernamus intuitu, et digno percipiamus effectum. **Ps. do.**

Do p̄ma p̄ oct̄ Ep̄lic

In excelso throno vidi sedere virum quem adorat multitudo angelorum psallentes in unum ecce cuius imperij nomen est in eternum. **Ps. Subilate deo om̄s terram seruite dno in leticia. Or̄**

Tota quae dicit supplicantis populi celesti pietate prosequere: ut et que agenda sunt videantur: et adimplenda quae viderint valeant. **Ps.**

Res ad romanos

Obscuro vos per misericordiam dei: ut exhibatis corpora vestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic saeculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas dei vo-

na, et beneplacens et perfecta. **Dico enim per gratiam** que data est in omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: et unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. **Sicut enim in** uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem tactum habent: ita multi unum corpus sumus in christo, singuli autem alter alterius membra. **In christo ihesu domino nostro. Or̄**

Benedictus dominus deus israel qui facis mirabilia magna sola seculo. **Or̄** suscipiant motus pacem populo tuo et colles iustitiam.

Alia. Subilate deo om̄s terram seruite dno in leticia. Luc.

Quoniam factus est ihesus annorum duodecim: ascendit illis iherosolimam secundum consuetudinem diei festi, consumma-

usque diebus cum rediret
 remansit puer ihesus in iheru-
 salam; et non cognoue-
 runt parentes eius. Ex-
 istimantes autem illum in-
 comitatu: uenerunt iter
 diei et requirebant eum
 inter cognatos et notos.
 Et non inuenientes regres-
 si sunt in iherusalem requiren-
 tes eum. Et factum est post tridu-
 um: inuenerunt illum in
 templo sedentem in medio
 doctorum, audientem illos
 et interrogantem eos. Pau-
 pebant autem omnes qui eum
 audiebant super prudentiam
 et responsis eius. Et uiden-
 tes admirati sunt. Et dixit
 mater eius ad illum: fili;
 quid fecisti nobis sic? Et
 ce pater tuus et ego: do-
 leutes querebamus te.
 Et ait ad illos: Quid est
 hoc quod me querebatis?
 Respondebatis quia in his
 que patris mei sunt: oportet
 me esse. Et ipse non intel-

lexerunt uerbum quod locu-
 tus est ad illos. Et descen-
 dit cum eis et uenit nazareth;
 et erat subditus illis. Et mater eius conser-
 uabat omnia uerba hec; conferens in corde suo.
 Et ihesus proficiebat sapientiam
 et etate et gratiam apud deum et
 homines. **off.** **I**ubilate
 deo omnis terra iubilate deo
 omnis terra seruite domino in leti-
 cia intente in aspectu eius in ex-
 ultatione quia dominus ipse est
 deus. **ser.** **O**blatum tibi
 domine sacrificium, uiuifi-
 cet nos semper et muniat.
Alii quid fecisti **com.** **P**
 nobis sic ego et pater tuus
 dolentes querebamus te et
 quid est quod me querebatis an-
 nuntiabatis quia in his que
 patris mei sunt oportet me esse.
Supplices te roga **supl.**
 mus omnipotens deus; ut quod
 tuus reficis sacramentis
 tibi etiam placatis moribus
 dignanter deseruire con-

cedas **D**ominica **secunda**

Omnis terra adoret te de
us et psallat tibi psal
mū dicat nom̄ tuo altissime **ps**
Jubilate deo om̄s terra psal
mū dicite nom̄ eius date
glām laudi eius. **Oratio.**

Omn̄s semp̄ deus:
qui celestia simul
et terrena moderaris. sup
plicationes ppli tui de
menter exaudi; et pacē
tuam ur̄s dcede tempo
ribus **Per. ad romanos**

Heres **H**abentes do
nationes sc̄d̄s gra
ciam q̄ data ē nobis dif
ferentes **D**uic p̄phetiam
sc̄d̄m rationem fidei; si
ue ministeriū in ministrā
do. siue qui docet in doc
trina **Q**ui exhortatur;
in exhortando **Q**ui tribu
it in simplicitate **Q**ui
p̄est in sollicitudine **N**
miseretur in hilaritate
Dilectio sine simulacri
o **O**dicentes malū; ad

herentes bono **K**aritate
fraternitatis; inuicē dili
gentes **H**onore inuicē
p̄uenientes sollicitudine
nō pigri **S**p̄ū feruētes;
dn̄o seruientes **S**p̄e gau
dentes; in tribulatione
pacientes **O**mn̄i instan
tes; necessitatibus sc̄d̄s
communitates. hospitali
tatem sectantes **V**idite
ate persecutibus vos;
benedicite et nolite ma
ledicere **G**audere cū gau
dentibus et flere cū flenti
bus **I**dem inuicē sen
sientes; nō alta sapien
tes. sed humilibus con
sencientes. **ps. Quis do**

mnis verbū suū et sanauit
eos et eripuit eos de interitu eo
rū **V** Confiteantur dn̄o m̄te
eius et mirabilia eius filiis ho
minū **Allelū** **D**ns reḡnat
exultet terra letetur in sule m̄te
In illo t̄. **N**upae **H**olien
se sunt in chana galylee;
et erat mater ih̄u ibi

Docatis e ante et ihus
 et discipuli eius ad mup
 aas Et deficiente uino;
 dicit mater ihu ad eum
Vinu non habent Et di
 cit ei ihus Quid mi et tibi
 e mulier Nondu venit
 hora mea Dicit mater
 eius ministris **Q**uicunq;
 dixerit uobis facite **F**rat
 autem ibi lapidee ydree
 sex posite sedim purifica
 aone iudeor; capientes
 singule metretas binas
 vel ternas Dicit eis ihus
Implete ydrias aqua.
 Et impleuerunt eas usq;
 ad summum Et dixit ihus
Haurite nuc; et ferte ar
 chytrichino Et tulerunt
Ut autē gustauit archy
 trichinus aqua uini fac
 tam et no sciebat unde
 esset; ministri autē scie
 bant qui hauserat aq;
 vocat sponsu archytri
 chinus et dicit ei **O**mnis
 homo pnu bonu uinu

ponit. et ai inebriati fue
 rint. tunc id qd dixeris
 e. tu autē seruasti bonu
 uinu usq; adhuc **H**oc
 fecit iniau signor ihus
 in chana galylee: et ma
 nifestauit glam suam.

Tribulate deo omnia **off**
 terra iubilate deo omnia terra
 psalmu dicite nomi eius ve
 nite et audite et narrabo vo
 bis omis qui timetis deū quia
 fecit dñs aie mee. **scritu.**

Oblata dñe munera
 sancta: nosq; a peccatū
 uror maculis emūda

Dicit dñs implete **com**
 ydrias aqua et ferte archytri
 chino dñ gustasset archytri
 chinus aq; uini sciam dicit spō
 so seruasti bonu uinu usq;
 adhuc hoc signu fecit ihus
 pnu corā discipulis suis.

Augeatur in no **apl**
 bis dñe q; tue virtutis
 operaco; ut diuinis ve
 getati sacramētis; ad
 eos pmissa capiēda

tuonunere p̄arem p̄
A dorate **dn̄m̄ t̄m̄.**
deū omnes angeli ei⁹
audiuit et letatiē syon et
exultauerūt filie iude **p̄ Do**
minus regnauit exultet t̄m̄
letentur insule multe **orō**
O m̄p̄s semp̄ deus.
infirmi t̄m̄ n̄r̄s
p̄p̄ius respice: atq̄
ad protegendū nos dex
teram tuā maiestatis
extende **p̄ ad romanos**
H ires nolite ē̄ pru
dentes apud vos
metip̄os nulli malū
pro malo reddentes:
p̄uidentes bona nō t̄m̄
cum corā deo. sed etiā
coram om̄ibus hoīb⁹
S i fieri potest qd̄ ex
vobis ē: cū om̄ib⁹ ho
minibus pacē haben
tes **N** on vos metip̄os
defendentes kn̄m̄: sed
date locū ire **S** arptū
ē̄ enī **N** ichi vindictā
et ego retribuā dicit

dn̄s **V** ed si eluricrit in
inimicus tuus caba illū
V isitat: potū da illi.
H oc enī faciens carbo
nes ignis congeres
super caput eius **N** oli
vina a malo: sed vice
in bono malum. **Gr̄**
E xultabunt gentes nomē
tuū dn̄e et omnes reges t̄e
glam tuā **V̄** **D** n̄m̄ edificauit
dn̄s syon et videbitur ī ma
iestate sua **A** lla **V̄** **L** auda
te cum om̄s angeli eius lau
date cū om̄s virtutes eius
A illo ē. **C** um **math̄m̄.**
descendisset ih̄s de monte
sciente cū turbe multe
E t ecce leprosus veniēs
adorabat eū dicens **D** o
mine si vis potes me
mundare **E** t extendens
ih̄s manū: tetigit eū
dicens **V** olo mūdare
E t confestim mūdata
ē lepra eius **E** t ait illi
ih̄s **V** ide nemini dice
ris: sed vade ostende te

sacerdoti: et offer mun-
 tuū qđ precepit moyses
 in testimoniuū illis. **Cū**
 autē introisset caphar-
 naum accessit ad eum
 centurio rogans eū et
 dicens. **Dñe** puer me-
 uacet paralyticus in do-
 mo: et male torquetur.
Et ait illi ih̄sus. **Ego** ve-
 nam et curabo eū. **Et**
 respondēs centurio ait.
Dñe non sū dignus
 ut intres sub tectū meū
 sed tantū dic verbo et sa-
 nabitur puer meus.
Nam et ego homo sū
 sub potestate habens sub
 me milites. **Et** dico huic
 vade et vadit. et alij ve-
 ni et veni: et seruo meo
 fact hoc et facit. **Audies**
 autem ih̄sus miratus
 ē: et sequentibus se dixit.
Ame dico vobis: nō in-
 ueni tantā fidem ī isrl̄.
Dico autē vobis: qđ
 multi ab oriente et occide-

venient: et reuincēt cū
 abraham ysaac et iacob
 in regno celorū. **Fili** autē
 regni eiacentur ī tenebras
 exteriores: ibi erit fletus
 et stridor dencū. **Et** dixit
 ih̄sus centurioni. **Vade**:
 et sicut credidisti fiat ti-
 bi. **Et** sanatus ē puer:
 ex illa hora. **off.** **Dexte-**
 ra dñi fecit virtutē dextera do-
 mini fecit exaltauit me nō
 moras sed viuā et uarrabo
 opa dñi. **sc.** **H**ec hosti-
 a qđ dñe emūdet nrā de-
 licta. et sacrificiū celebra-
 dum subditorū. tibi cor-
 pora mentesq; sacrificet.
Mirabant om̄s. **Co.** **W**
 de hys que procedebāt de ore
Quos tantis **apli** dei
 dñe largiris vti miste-
 ris. qđ: ut effectibus
 eorū veraciter aptare
 digneris. **W** **Quia** in
Adorate deū p̄ totū **oro.**
Quis qui nos ī tātis
 periculis constituit

pro humana scis fragi-
litate nō posse subsiste-
re: da nobis salutē me-
tis et corporis: ut ea que
pro peccatis nostris patimur,
te adiuuante vicam⁹

Litres *ad romanos*
Nemū quicquid dele-
atis: nisi ut inuicē dili-
gatis Qui enim diligit
proximū legem implevit
Nam nō adulterabis:
non occides. nō furabe-
ris. nō falsum testimoni-
dices. nō concupisces
rem proximi tui Et si quod
ē aliud mandatū: in
hoc verbo instauratur
Diliges proximiū tuū si-
cut teipsum Dilectio proxi-
mi proximi: malū nō
operatur Plenitudo er-
go legis: est dilectio
In illo t. Ascendēte mathi
ihū in nauiculā: secuti
sunt eū discipuli eius
Et ecce motus magnus
factus ē in mari: ita ut na-

uicula operiretur flucti-
bus Ipse vero dormiebat
Et accesserunt et suscita-
uerūt eum dicentes Do-
mine salua nos perim⁹
Et dicit eis Quid timidi
estis modice fidei Tunc
surgens imperauit ven-
tis et mari: et facta ē tran-
quillitas magna Por-
ro homines mirati sūt
dicentes Qualis ē hic:
quā et venti et mare obe-
diūt ei *Secret* Concede
quod omnipotens deus. ut hui⁹
sacrificij mun⁹ oblatū.
fragilitatē nostrā ab om-
ni malo purget semper et
inuniat *Per. Splenda*
Munera tua nos de-
a delectationibus terrenis
expediant: et celestibus
semper instruant alimē-
tis *Per. Diuina quita.*
Adorate pro totū ut s. *xx. cō*
Familia tuā quod do-
mine continua pi-
etate custodi: ut que in

spe grē celestis imitatur:
 tua semper protectione
 muniatuꝛ **colosenses**
Hec Induite vos si
 aut elā dei: scī et di
 lecti viscera misericordie,
 benignitātē humilitatē
 modestiam paciēciā,
 supportantes iūctē, et do
 nantes vobismetipīs
 si quis adūsus aliquē
 habet querelā, sicut et do
 minus donavit vobis
 ita et vos **S**uper omnia
 autē hec caritatē haben
 tes: qđ ē vinculū p̄fōm̄
Et pax xp̄i exultet in cor
 dibus v̄ris: in qua et vo
 cati estis in vno corpore
 et grati estote **V**erbu xp̄i
 habitet in vobis habun
 dante: in omni sapia
 docentes et cōmonentes
 vosmetipōs psalmis ym
 nis canticis spiritalibus
 in grā cantantes in cordi
 bus v̄ris deo **D**umne qđ
 amiqs facitis in verbo,

aut in opere: omnia in
 nomine dñi ih̄u grāas
 agentes deo et p̄ri **D** ih̄m
 xp̄m: dñm nr̄m, **mathin**
In illo ē, **D**ixit dñs ih̄s
 discipulis suis parabolā
 hanc **S**imile factū ē reg
 nū celorū homī q̄ seminat
 bonū semen in agro suo
Cum autē dormiret ho
 mines: venit inimicus
 eius et sup̄ seminauit **Z**
Zama in medio tritici: et
 abiit **C**um autē crevisset
 herba et fructū fecisset, tūc
 apparuerūt et **Z**ama
Accedentes autē serui pa
 trisfamilias; dixerūt ei
Dne nonne bonū semē
 seminasti in agro tuo?
Vnde ergo habet **Z**ama
Et ait illis **I**nimicus ho
 mo hoc fecit **V**erū autē
 dixerunt ei **V**isimus
 et colligimus ea **E**t ait
Non **N**e forte colligētes
Zama: eradicetis sil
 cū eis et tritici **D**umne

177
vtraque ardescere usque ad
mellam: et in tpe mellis
dicam melloribus **Col**
ligite primū zizania et
alligate ea fasciculos ad
comburendū; triticū au
tem congregate in horreū
meū. **sc.** **H**ostias tibi
dne placationis offeri
mus, ut et delicta nostra
miseratus absoluas, et
mutanda corda tu digna

Ds omps de. **plii.** **P**
ut illius salutaris capi
amus effectū: cuius per
hoc mysteria pignus ac
cepimus **D** **Omnia vj.**

Adorate deū ut s. **xx. orō**
Conserua pplm tuū
deus et tuo nomini
fac deuotum: ut diuini
subiectus officij, et tem
poralia viriliter et etna
dona percipiant **D** **do.**

Rme **ad cyriacum**
fidelis sermo et oi
acceptatione dignus: qā
xpūs ihūs venit in hūc

mundū peccatores saluos
facere, quos p̄mus ego
sum. **D**ed ideo nūam cō
secutus sum; ut in me
primū ostenderet xpūs
ih̄s omnē paciēciam ad
informacionē eos qui
credunt sunt illi in vitā
eternam. **R**egi seculorū
imortali inuisibili: soli
deo honor et gloria, in se
cula sc̄lorū amē. **machin**

In illo t. **R**espondēs ih̄s
dixit **C**onfiteor tibi dne
pater celi et terre, qui ab
scondisti haec a sapientib̄
et prudentibus; et reue
lasti ea paruulis. **I**ta
pater: qm̄ sic fuit placi
tum ante te. **O**mnia in
tradita sunt a patre meo:
Et nemo nouit filiū nisi
pater; neq; patre quis
nouit nisi filius; et qui
uoluerit filius reuelare
Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati
estis; et ego reficiā uos

Tollite iugū meū super
vos: et dilate a me quia
mitis sum et humilis
corde. Et inuenietis requi-
am in animabus vris. Iu-
gum enī meū suauē ē:
et onus meū leue. **scilicet**

Hec nos oblaquo deus
mundet q̄s. ut renouet
et gubernet. et p̄tegat p̄
Caelestibus dñe **ap̄li**
pala delictis q̄s: ut sem-
per eadem per que vera-
citer viuimus: appetā-
mus p̄. **2do in lxxma**

Quia dederūt me genu-
tus mortis dolores i-
feram arā dederūt me et in tri-
bulacione mea iuocauī do-
minū et exaudiuit de templo
sc̄o suo vocē meā p̄. **Diligē-**
te dñe virtus mea dñs firma-
mentū meū et refugū meū

Proces ppli tui **oro.**
q̄s dñe clementer
exaudi: ut qui iuste p̄
pc̄is nris affligimur.
p̄tū nomis gloria mi

seruocorditer libemur p̄

Patres **ad corinthi**
Nescitis qd̄ hi qui
in stadio currūt: om̄s
quidē currūt. sed vnus
accipit brauiū. Sic cur-
rite: ut comprehendā-
tis. Omnis enī qui in
agone contendit: ab
omnibus se abstinet.
Et illi quidem ut corrup-
tibilem coronā accipi-
ant: nos autē incorrup-
tam. Ego igitur sic cur-
ro: non quasi in incertū
Sic pugno nō quasi
aerem verberans: sed
castigo corpus meū
et in seruitutē redigo.
ne forte cum alijs pre-
dicauerim. ip̄e repro-
b̄ efficiar. Nolo enī vos
ignorare fr̄es: qm̄ pa-
tres nri omnes sub ni-
le fuerūt. et omnes ma-
re transierūt. et omnes
in moyse baptizati sūt
in nube et in mari. Et om̄i

nes eandem escā spirita
lem manducauerūt: et
omnis eundē potū spiri
talem biberūt. **H**abebāt
autē de spiritali: et sequē
te eos petra. **P**etra autē
erat xpūs.

Oratio. **A**dmi
tor in oportunitatibus in
tribulatione speret in te q̄
nouerūt te qm̄ nō derelinq̄s
querentes te dñe. **U** Quā nō
in finē obliuio erit paupis
paucina pauper nō pibit
in eternū exurge dñe nō pre
ualeat homo. **Tertius.**

De profundis clamau
ad te dñe dñe exaudi vocē
meā. **U** fiant aures tue in
dentes in orōnē seruī tui. **U**
Si iniquitates obseruaue
ris dñe dñe quis sustinebit
te. **U** Quia apud te p̄uacatio
ē et p̄pter legē tuā sustinui
te domine. **S. matheum**

Nullo t̄. di d̄s parabolā
hanc. **S**imile ē regnū
celorū homini patrifā
miliās: qui exiit p̄mo

mane & ducere operari
os in vineam suā. **C**on
uentione autē factā cū ope
rarijs ex denario diurno,
misit eos in vineam suā.
Et egressus circa horam
tertiam: vidit alios stā
tes in foro oculos. et il
lis dixit. **I**te et vos in vi
neam meā: et qd̄ iustū
fuerit dabo vobis. **I**lli
autē abiierunt. **I**terū
autē abiit circa sextā et
nonā horā: et fecit sibi
Circā vineam uero
exiit: et inuenit alios
stantes et dicit illis. **Q**u
hic statis tota die ocu
si. **D**icit illis. **Q**uia ne
mo nos conduxit. **D**i
cit illis. **I**te et vos in vi
neam. **C**um autē sero
factū eēt: dicit dñs vinee
pauatorū suo. **P**roci
pe operarios et redde illis
mercedem: incipiens a
nouissimis usq̄ ad p̄
mos. **C**ū uenissent ergo

qui circa undecimā ho-
minū venerunt; accepe-
runt singulos denari-
os. Venientes autē et
primi; arbitrati sūt qd̄
plus erit accepturi. Ac-
ceperunt et ip̄i singulos
denarios. Et accipientes
murmurabant adiu-
sus patrefamilias di-
centes. **H**ij nouissimi
vna fecerūt: et pares
illos nobis fecisti. qui
portauimus pondus
dierū et estis. **R**e ille res-
pondens vni eorū dixit.
Amice nō facio tibi ini-
uriā. **H**onne ex denario
dvenisti mecum? **T**olle qd̄
tuum ē et vade. **V**olo au-
tem huic nouissimo da-
re sicut et tibi. **A**ut nō li-
cet mi qd̄ volo facere? **A**n
oculus tuus neq̄ ē: q̄ia
ego bonus sum. **D**ixerūt
nouissimi primi; et pri-
mi nouissimi. **M**ulti
enī sunt vocati; pauca

vero electi. **off.** **B**onū
est confiteri dno et psallere
nomini tuo altissime. **sec.**

Muneribus nris q̄s
dne pabulq̄s susceptis
et celestibus nos mūda
mysterijs. clementer ex-
audi. **ps.**

Illumina
faciē tuā sup seruū tuū et sal-
uū me fac in tua mīa dne
nō confundar qm̄ inuocaui te

Fideles tui deus. **ps.**
per tua dona firmetur
ut eadem et percipiēdo
requirant; et querendo
sine fine percipiāt. **ps.**
Dñica i sexagesima.

Exurge quare obdormis
dne exurge et ne repel-
las in fine quare faciē tuā
auertis obliuisceris tribula-
cionis nr̄e adhesit in terra
venter nr̄ exurge dne adiu-
ua nos et hītem nos. **ps.** **D**e
auribus nris audiuim⁹ pa-
tres nr̄i anūaauerūt nobis

Deus q̄ despicias. **ps.**
quia ex nulla nr̄a

actione confidimus:
vade p[ro]p[ri]us: ut contra
aduersa omnia doctoris
gen[er]ali p[ro]tectione munimur
amur **Ad Corinthios**
Hic libenter suffer
tis insipientes: cu[m]
sitis ip[s]i sapientes. Sustine
tis eni[m] si quis vos in
seruitute[m] redigit. si quis
deorat. si quis accipit.
si quis extollitur. si q[ui]s
in faciem vos cedit. De
cund[um] ignobilitate[m] di
co: q[ui] nos infirmi sum[us]
in hac parte. In quo q[ui]s
audet. i[n] insipientia dico
audes et ego. **H**ebraei sunt.
et ego. **S**inaheite sunt. et
ego. **H**em[us] abrahe sunt
et ego. **M**inistri xpi sunt.
et ego. **U**t min[us] sapiens
dico: plus ego. In labo
ribus plurimis: in car
ceribus habundans.
i[n] plagis sup[er] modu[m]. in
mortibus frequenter. **A**
iudis quinquies quadrag[inta]

uas: una min[us] accipi
Ter virgis celsu[m] su[m]. semel
lapidatus su[m]: ter nau
fragiu[m] feci. nocte ac die
in profundo maris fui
In itineribus sepe: periculis
fluminu[m]. periculis lateru[m]
nu[m]. periculis ex genere.
periculis ex gentibus.
periculis i[n] ciuitate. periculis
in solitudine. periculis
in mari. periculis i[n] fal
sis fratribus. **I**n labore
et erupna: i[n] uigiliis mi
tis: in frigore et nudita
te. **H**ec illa q[ui] i[n]tra seculis
sunt: instanciam mea
cotidianam. sollicitudo
omn[is] eccl[esi]e. **Q**uis infir
matur: et ego no[n] infir
mor. **N**is scandalizat.
et ego no[n] uxor. **I**n glari
oportet: que infirmita
tis mee sunt glorior.
Deus et p[ater] d[omi]ni n[ost]ri ihu
xpi sit qui e[st] benedictus i[n]
secula: q[uo]d no[n] mentior.
Damasus p[ro]positus ge

tis archie regis: custodi
 erat ciuitatem damas
 cenor, ut me comprehen
 deret. Et per fenestram in
 sporta dimissus sum p
 muni; et sic effugi ma
 nus eius. Si glari oport
 tet: non expedit quidem.
Venia autem ad reuelac
 ones domini. Scio hominem
 in christo ante annos qua
 tuordecim: siue in corpo
 re nescio, siue extra cor
 pus nescio deus scit: rap
 tum huiusmodi usque
 ad terram celum. Et scio hu
 iusmodi hominem, siue in
 corpore siue extra corp
 nescio deus scit: quoniam rap
 tus est in paradysum; et au
 diuit archana verba
 que non licet homini loqui.
Huiusmodi glari
 pro me autem nichil, nisi in
 infirmitatibus meis. Nam
 et si voluero glari: non
 ero insipiens. Veritate
 enim dicam. Parto autem

ne quis me ex existimet
 super id quod videt in me, quod
 audit aliquid ex me. Et
 ne magnitudo reuelac
 onum extollat me, datus
 est mihi stimulus carnis
 mee angelus sathane;
 ut me colaphizet. **H**oc
 quod ter dominum rogavi ut
 discederet a me: et dixit
 mihi. Sufficiat tibi gratia mea
 nam virtus in infirmitate
 perficitur. Libenter igitur
 glarior in infirmitatibus
 meis: ut inhabitet in me
 virtus christi. **ps.** Sciant
 gentes quoniam nomen tibi deus
 tu solus altissimus super omnes
 terram. **v.** Deus meus pone illos
 ut rotam et sicut stipulam ante
 faciem venti. **Tractus.**
Quomouisti domine terram et con
 turbasti eam. **v.** Dana conuul
 siones eius quia mota est. **v.** Ut
 fugiant a facie arcus et libere
 tur dilecti tui. **Sancti lucam**
Hillo tempore cum turba pluri
 ma uenirent: et de ciui

taqbus pperarent ad
ihm; dixit per simili
tudine **E**xijt qui semina
nat seminare semine su
um **E**t dum seminat;
aliud cecidit secus via
et conculcatu e. et volu
cres celi comederunt illud
Et aliud cecidit sup pe
tra; et natu aruit. quia
no habebat humorem
Et aliud cecidit inter spi
nas; et simul exorte spi
ne suffocauerunt illud
Et aliud cecidit i terra bo
nam; et ortu fecit fruc
tum centuplu **H**ec di
ceus clamabat **Q** ha
bet aures audiendi au
diat **I**nterrogabant
autem cu discipuli eius;
que est hec parabola.
Quibus ipse dixit **V**o
bis datu est nosse mi
steriu regni dei; ceteris
autem in parabolis; ut
videntes no videant. et
audientes no intelli

gant **E**st autem hec para
bola **S**emen e verbum
dei **Q**ui autem secus via,
hij sunt qui audiunt. de
inde venit dyabolus et
collit verbu de corde eor
ne credentes salui fiant
Nam q supra petram
hij sunt qui cu audierunt
cu gaudio suscipiunt ver
bum **E**t hij radices no
habet; quia ad tempus
credunt; et in tempore tep
tationis recedunt **Q**uod
autem in spinis cecidit;
hij sunt qui audierunt. et
a sollicitudinibus et
diuicijs et voluptatib
vite euictes suffocantur
et no referunt fructum
Quod autem in bonam
terram; hij sunt q in cor
de bono et optimo au
dientes verbu retinet;
et fructu afferet in paci
entia. **off** **P**erfice gres
sus meos in seminis tuis ut
moucantur vestigia mea

inclina aurē tuā et exaudi
verba mea mirifica mīas
tuas qui saluos facis sperā
tes in te dñe. **secutum.**

Oblatū tibi dñe sacri
ficiū. uiuificet nos sp̄ et
muniat **ps̄. II** nro
ito ad altare dei ad deū qui
iustificat uicē meā. **apl̄**

Supplices te rogam⁹
om̄ps deus; ut quos tu
is reficis sacramentis:
tibi etiam placitis mo
ribus dignanter deser
uire concedas **ps̄ dñm**

Quīnq̄agesima.

Esto m̄ in deū p̄tectorē
et in domū refugij ut
saluū me facias quā firma
mentū meū et refugij meū
es tu et p̄pter nomē tuū dux
m̄ eris et eruites me **ps̄** In
te dñe speraui nō confundar
in eternū in iusticia tua libe

Dixes nō **ps̄.** in me
dixas q̄s dñe demē
ter exaudi: atq̄ a peccō
tū mōv̄ vinculis abso

lutos ab om̄i nos ad
uersitate custodi **ps̄ do.**

Anguis hom̄i lo
quar et angelor; cari
tatem autē nō habram
fais sum velud es sonās
aut cymbalū tinnies
Et si habuero p̄pheciā
et nouerū mysteria om̄
ni act om̄ne sciām. et
habuero om̄ne fidem
ita ut mōtes transserā.
caritatē autē nō habu
ero nichil sum **E**t si distri
buero in alios pauper
om̄is facultates meas:
et si tradidero corpus me
um ita ut ardeā: carita
tem autē nō habuero
nichil michi prodest **C**a
ritas paciens ē benigna
ē **C**aritas nō emulatur.
nō agit p̄peram. nō in
flatur. non ē ambiciosa
nō querit que sua sunt
Non irritatur. nō cogi
tat malū. nō gaudet

super iniquitate congau-
det autē veritati. **O**mnia
suffert omnia credit; om-
nia sperat omnia sustinet.
Caritas nunquā exidet.
Duic prophete euacuabu-
tur; siue lingue cessabit,
siue scia destruetur. **E**x
parte enī agnoscamus
et ex parte prophetamus.
Cū autē uenerit qd per-
fectū ē; euacuabitur qd
ex parte ē. **C**ū enī puul⁹
loquebar ut paruulus
sapiebam ut paruul⁹
cogitabam ut paruul⁹.
Quā autē factus sum uir;
euacuauit qd erāt puuli.
Videbim⁹ nūc per spe-
culū i euigmate; tunc
autē facie ad facie. **N**ūc
agnosco ex parte; tunc
autē cognoscam sicut
et cognitus sū. **N**ūc au-
tem manēt fides spes,
caritas tā hec. **M**aior
autē hys ē caritas. **g**
Qu es deus qui facis miram

bilis solus notā fecisti i gen-
bus uirtutē tuā. **V**iderasti
in brachio tuo p̄līm tuū filios
isrl' et ioseph. **T**ractus.
Tubilate dñō omnis terra
seruite dñō i leticia. **V**iditate
i spū eius in exultatione. **V**
Samate qd dñs ip̄e est de⁹. **V**
Ipe fecit nos et nō ip̄i nos. **V**
Hos autē p̄ls eius et oues
pascue eius. **S**ed in **lucam**
In illo t. Assumpsit ih̄s
duodecā discipulos suos
et ait illis. **E**cce ascendi-
mus iherosolimā; et cō-
sumabūtur omnia que
scripta sūt per prophetas
de filio hominis. **T**radetur
enī gentibus et illudet⁹
et flagellabitur et spū-
etur. **E**t postq̄s flagella-
uerint occident eū; et die
tertia resurget. **E**t ip̄i ni-
chil horū intellexerunt.
Et erat uerbū istud absco-
ditū ab eis; et nō intel-
lexerunt que dicebantur.
Sciū ē autē cū appropin-

quaret ihericho; cecus
 quidam sedebat secus
 viam mendicans. Et cum
 audiret turbam pretereun-
 tem; interrogabat quod
 hoc esset. Dixerunt autem ei
 quod ihesus nazarenus transi-
 ret. Et clamauit dicens
 Ihesu fili dauid; miserere
 mei. Et qui preibant incre-
 pabant eum ut taceret.
 Ille vero multo magis
 clamabat, fili dauid;
 miserere mei. Dominus au-
 tem ihesus; iussit eum addu-
 ci ad se. Et cum appropinquasset
 interrogauit eum dicens
 Quid tibi vis facere? At
 ille dixit Domine ut videam.
 Et ihesus dixit illi Respi-
 ce fides tua te saluum fecit.
 Et confestim vidit; et sequi-
 batur illum, magnificans
 deum. Et omnis plebs ut
 vidit; dedit laudem deo. **off.**
Benedicis es domine doce me
 iustificationes tuas benedicis
 es domine doce me iustificationes

tuas in labijs meis, promittam
 omnia iudicia domus tue. **sc.**

Hec hostia domine quae est
 mundet nostra delicta, et sa-
 crificium celebrandum sub-
 ditorem tibi corpora me-
 telque sanctificet. **ps. cxxviii**

Manducauerunt et saturati
 sunt nimis et desiderium eorum
 contulit eis dominus non sunt fraudati
 a desiderio suo. **ps. cxxviii**

Qui omnipotens deus; ut qui
 caelestia alimenta perce-
 pimus; per hoc contra
 omnia aduersa muniamur. **ps. cxxviii**

Iuocauit me et ego exaudiam
 eum eripiam eum et glorificabo eum
 longitudine dierum adimplebo
 eum. **ps. cxxviii** Qui habitat in adiutorio
 altissimi in protectione dei
 caeli commorabitur. **ps. cxxviii**

Deus qui calamitatem tuam
 annua quadragesi-
 mali obseruatione pu-
 rificas; praefamiliam tuam
 ut quod a te obtinere absta-
 nendo nitatur. hoc bonis

operibus exequatur **P**
res ad Corinthios
Hortamur vos:
ne in uacuo gratiam dei re
cipiatis. Sic enim Tempo
re accepto exaudiuite:
et in die salutis adiuui
te. **E**cce nunc tempus ac
ceptabile: ecce nunc dies
salutis. **N**emum dantes
ullam offensionem: ut
non uituperetur ministeri
um urum. **P**ro idcirco
exhibeamus nosmetipso
sicut dei ministros: in mul
ta patientia, in tribula
tionibus in necessitatibus
in angustiis, in plagis,
in carceribus in sedicio
nibus, in laboribus in
vigiliis, in ieiuniis. **I**n
castitate in scientia, in
longanimitate, in sua
uitate, in spiritu sancto. **I**n cari
tate non ficta: in uerbo
veritatis, in uirtute dei.
Parma iusticie: a dextris
et a sinistris. **P**ro gloria

et ignobilitate. **P**ro infama
iniam et bonam famam.
Pro seductores et ueraces.
Sicut qui ignoti et cog
niti. **Q**uasi morientes:
et ecce uiuimus. **P**ro ca
stigati: et non mortifica
ti. **Q**uasi tristes: semp
autem gaudentes. **S**icut
agentes: multos autem
loquaces. **T**amquam
nichil habentes: et ad
omnia possidentes. **S**icut
Angelis suis mandauit
de te ut custodiant te in omni
bus uis tuis. **I**n manibus
portabunt te ne unquam offe
das ad lapidem pedem tuum. **I**n
Qui habitat in adiutorio
altissimi in protectione
dei celi commorabitur. **D**i
cer susceptor meus es et refu
gium meum deus meus sperabo
in eu. **D**ominus ipse liberabit
me de laqueo uentris mei et a
uento aspero. **S**capulis
suis obumbrabit tibi et sub
pennis eius sperabis. **S**icut

to aramudabit te ueritas
 eius nō timebis a timore a
 timore nocturno. **V** A sagit
 ta volante per diē a negotio
 perambulante in tenebris
 a ruina et demonio meridi
 ano. **V** Cadent a latere tuo
 mille et decē milia a dextris
 tuis tibi autē nō appropin
 quabit. **V** Quī angelis su
 is mandauit de te ut custo
 diant te in omnibus uis tu
 is. **V** In manibus porta
 bunt te ne unquā offendas
 ad lapidē pedem tuum. **V**
 Super aspidē et basiliscum
 ambulabis et cōculabis
 leonē et draconē. **V** Quī in
 me sperauit liberabo eū pte
 gam eū quī nō cognouit no
 mē meū. **V** Inuocabit me
 et ego exaudia eū cū ipō sum
 in tribulatione. **V** Scipia eū
 et glorificabo eū. **V** Longitu
 dine dies adimpleto eum et
 ostendā illi salutare meū.
Nullo t. **D**uctus machi
 e ihūs in desertū a spū

ut temptaretur a dya
 bolo. **E**t cum ieiunat
 set quadraginta dieb
 et quadraginta nocti
 bus; postea esurijt. **E**t
 accedens temptator; di
 xit ei. **S**i filius dei es, dic
 ut lapides isti panes fi
 ant. **Q**ui respondēs dixit.
Scriptū ē. nō in solo
 pane uiuit homo; sed
 in omī uerbo qd̄ proce
 dit de ore dei. **T**ūc assup
 sit eū dyabolus ī scām
 ciuitatē; et statuit eū
 supra pinnaculū tēpli;
 et dixit ei. **S**i filius dei
 es; mitte te deorsū. **Q**ui
 tū ē eū, quia angelis
 suis mandauit de te;
 et ī manibus tollet te,
 ne forte offendas ad la
 pidem pedē tuū. **A**it illi
 ihūs cursum. **S**criptū
 ē; nō temptabis dnm̄
 deum tuū. **H**ec assupsit
 eū dyabolus ī montē
 excelsum valde; et ostē

1177A
Dicit omnia regna mū
di et glām cor: et dixit
illi **H**ec omnia tibi da
bo: si prociens adora
ueris me. Tunc dixit ei
ihus **V**ade sathanas
Scriptū ē eū. **D**um deū
tūū adorabis: et illi so
li seruiēs. Tunc reliquit
eū dyabolus: et ecce an
geli accesserūt et mīstra
bant ei. **off.** **S**capulis
suis obumbrabit tibi dñs
et sub pennis eius sperabis
sicut arā dabit te vitas ei.
Sacrificiū quā **scrit**
Dragemalis in iay sol
lempuiter unimolam
te dñe deprecātes. ut cū
eplā restrictione car
naliū a noxijs quoqz
voluptatibus tempere
mur. **ps.** **S**capulis
suis obumbrabit tibi et
sub pennis eius sperabis sicut
arā dabit te vitas eius.
Qui nos dñe sa **apl**
armenti lybacio scā te

staueret: et a uetustate
purgatos: i mysteriis sa
lutaris faciat transire
confortiū **p: fia iij qtu**

Remittit **or temporis**
cere misericordiā tuā
rū dñe et mie tue que a scō
sunt ne unqz dominetur
nobis inimici nri libera nos
deus isrl' ex omnibus angustijs
nris **p.** Ad te dñe lauaui aīas
meā deus meus in te fido e
ritescā **orem: flet. ge. de.**

Doces nris qz dñe
clementer exaudi:
et contra cuncta nobis
aduersaria. dexteram
tue maiestatis extēde **p**
ii diebus **lib' Exodi.**
illis **D**ixit dñs ad mo
ysem **A**scende ad me in
montē et esto ibi: dabo qz
tibi duas tablas lapideas
et legem ac mandata
que scripsi. ut docas fili
os isrl'. Surrexerūt mo
yses et iosue ministri ei
ascēdes qz **moyses in**

moyses

moyses in monte dei se-
nioribus ait Expectate
hic: donec reuertamur
ad vos habetis aaron
et hur vobiscum: si quod
natum fuerit questionis
referetis ad eos Cumque
ascendisset moyses: o-
peruit nubes monte. et
habituavit gloria domini super
synai. tegens illum in nu-
be sex diebus Septimo
autem die: vocavit eum
de medio caliginis Erat
autem spes glorie domini quasi
ignis ardens super verti-
cem montis: in conspectu
filiorum israel Ingressusque
moyses medium nebule.
ascendit in monte: et fu-
it ibi quadraginta die-
bus et quadraginta noc-
tibus. **gr.** Tribulatio
cordis mei dilatata sunt de ne-
cessitatibus meis eripe me
domine **v.** Vide humilitatem me-
am et laborem meum et dimitte
omnia peccata mea. **dn̄s uo**

visu sine: flet. gr. oram.

Devotione populi tui do-
mine benignus in-
tende: ut qui per abstine-
ntiam macerantur in cor-
pore: per fructum boni ope-
ris reficiantur in mente **P**
4 diebus **le libi Regum**
illis Venit helyas in ber-
sabee iuda: et dimisit ibi
puerum suum. et perrexit in de-
sertum via via omnis die
et cumque venisset et sede-
ret subter unam umbram
petavit anime sue ut
moreretur et ait Suffi-
at michi domine tolle ani-
mam meam: neque enim me-
hor sum quam pres mei
Prostratus se et obdormi-
vit in umbra umbram
Et ecce angelus domini teti-
git eum: dixitque ei Surge
comede Et respexit: et ac-
ce ad caput suum subci-
nerius panis puul
et vas aque Comedit
ergo et bibit: et rursum

obdormiuit **Reuersus**
q̄s ē angelus dñi sedo.
et tetigit eū: dixitq̄ illi
Surge comedere: grandis
enim tibi restat via. **Q**
cum surrexisset comedidit
et bibit. Et ambulauit
in fortitudine cū illi
quadraginta diebus,
et quadraginta noctibus
usq̄ ad montē dei orchi

De necessitatib⁹ **tractus**
meis eripe me dñe vide humili
tate meā et labore meū et
dimitte omnia peccā mea. **V**

Ad te dñe leuaui animā meā
deus meus in te confido nō erū
tescam neq̄ irideant me ī
inimici mei. **V** Et enī uniuersi
qui te expectāt nō confundēt
confundantur omnes faciē
tes vana. **Sūm mathai.**

In illo ē. Accesserūt ad
ih̄m scribe et pharisei
dicentes. **N**igr̄ volum⁹
a te signū videre. **Q**ui
respondens ait illis. **G**e
neracio mala et adulte

ra signū querit: et sig
nū nō dabitur ei nisi sig
nū iōne p̄phete. **D**icit
enī fuit iōnas in vētre
ceti tribus diebus et tri
bus noctibus: sic erit
filius hominis in corde ter
re tribus diebus et tri
bus noctibus. **D**ici mi
nime surgent ī iudicio
cū generacione ista et
condempnabunt eā:
q̄a penitentiā egerunt
ī predicacione iōne. **E**t
ecce plusq̄ iōna hic **R**e
gina australi surget ī iu
dicio cū generacione ista
et condempnabit eā: q̄a
venit a finibus terre au
dire sapiāam salomonis.
Et ecce plusq̄ salomon
hic. **S**um autē imund⁹
spūs exierit ab homine
ambulat per loca arida
querens requiē et nō in
uenit. **T**unc dicit **R**euer
tar in domū meā: vnde
exiui. **E**t ueniens inuenit

vacante scolis munda
 tam et ornata Tunc va
 dit et assumit septē ali
 os spūs nequiores se:
 et intrantes habitant
 ibi, et fiunt nouissima
 hominis illius peiora
 prioribus. Sic erit et ge
 nerationi huic pessime.
 Adhuc eo loquente ad
 turbas: ecce mater ei⁹
 et frēs stabant foris q̄
 rentes loqui ei. Dixit
 autē ei quidā. Ecce ma
 ter tua et frēs tui foris
 stant: querentes te. Il
 le respondēs dicenti
 sibi ait. Que ē m̄r mea
 et qui sunt frēs mei. Et
 extendens manū in dis
 cipulos suos dixit. Ecce
 mater mea et frēs mei.
 Quicumq̄ autē fecerit
 voluntatē patris mei
 qui in celis ē: ip̄e me⁹
 frater et soror et mater ē.
Meditabar in man. **Off.**
 dans tuis q̄ dilexi valde ele

uabo manus meas ad mā
 data tua que dilexi. **Secret.**
Hostias tibi dñe pla
 cationis offerimus,
 ut et delicta nr̄a misera
 tus absoluas, et iustit̄a
 corda tu dirigas. **P.**
Intellige clamorē. **Com.**
 meū intende voca orōis mee
 rex meus et deus meus qm̄ ad
 te orabo domine. **Splenda**
Qui dñe perceptioe
 sacramenti, et a nr̄is
 mūdēmur oculis: et
 ab hostiū liberemur ī
 fidis. **P. sup populū.**
Mentes nr̄as q̄s dñe
 gr̄a lumine tue clarita
 tis illustra; ut videre
 possimus que agenda
 sunt; et que recta sunt
 agere valeamus. **Per**
De ne. **seria sexta.**
 cessitatibus meis ca
 pe me dñe vide humilitatē
 meā et labore meū et dimitte
 omnia peccā mea. **P.** Ad te dñe
 leuaui animā meā deus meus

in te fido nō auerſa. **oro**
Eſto dñe p̄picius
plebitur; et quā
tibi facis cō deuotam;
leniguo refoue misera
tus auxilio. **ps̄ lxxv**
Hec di **chiclis. p̄phete**
at dñs deus. Ani
ma que peccauerit; ip̄a
moriatur; filius nō por
tabit iniquitatē patris;
et pater nō portabit i
niquitatē filij. Iusticia
iusti super eum erit; et
impietas impij erit su
per eū. Si autē impij
egerit penitentiā ab oī
bus peccatis suis q̄ opera
tus ē; et custodierit uni
uersa p̄cepta mea; et fe
cerit iudiciū et iusticiā
vita uiuet et nō morie
tur. **Om̄i iniquitatum**
eius quas operatus ē
nō recordabor; i iusticia
sua quā operatus ē ui
uet. **Nūquid uolūtatē**
mee ē mors impij dicit

dñs deus; et nō ut uer
tatur a uis suis et uiuat.
Si autē auerterit se i
ustus a iusticia sua; et fe
cerit iniquitatē sicut
omnes abhominatio
nes quas operari solet
impius; nūquid uiuet.
Om̄is iusticie eius quas
fecerit nō recordabūt.
In p̄uancatione sua q̄
p̄uancatus ē; et i peccō
suo qd̄ peccauit in ip̄is
moriatur. **Et dixistis**
Non ē equa uia dñi. Au
dite domus isrl̄. **Nūm**
quid uia mea nō ē equa
et nō magis uie uir̄e pra
ue sunt. **Cum enī auerte**
rit se iustus a iusticia
sua et fecerit iniquitatem.
moriatur in eis. **Iu i**
iusticia sua quā opera
tus ē morietur. **Et cum**
auerterit se impius abi
pietate sua quā opat̄
est. et fecerit iudiciū et
iusticiā; ip̄e animā suā

uiuificabit Consideras enim et auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita uiuet et non morietur. dicit dominus omnipotens.

Saluum fac seruum tuum de **S**us meus sperante in te **A**u

Donec non secundum **T**inctus. **D**onec non secundum peccata nostra facias nobis neque secundum iniquitates nostras retribu

as nobis **D**onec ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis **A**duua uos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propter aus esto peccatis nostris propter nomen

Hillo est. **H**ohannem tuum **E**rat dies festus iudeorum et ascendit ihesus iherosolimam **E**rat autem iherosolimis probatica piscina: que cognominatur hebraice bethsaida quibus porticus habens **I**n

hys iacebat multitudo magna languentium cecorum claudorum aridorum expectantium aque motum **A**ngelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua **E**t qui prior descenderisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate

Erat autem quidam homo ibi: triginta et octo annos habens in infirmitate sua **H**unc autem uidisset ihesus iacentem: et cognouisset quia multum tempus haberet dicit ei. **H**is sanus fieri **R**espondit ei languidus **D**onec hominem non habeo ut cum turbata fuit aqua mittat me in piscinam **D**um uenio enim ego: alius ante me descendit **D**icit ei ihesus **V**erge tolle grabatum tuum et am

bula **E**t statim san⁹ factus est
homo: et sustulit graba-
tum suum et ambulabat
Erat autem sabbatum in
illo die. Dicebat uidei
illi qui sanatus fuerat
Sabbatum est: non licet tibi
collere grabatum tuum
Respondit eis Qui me
sanum fecit: ille mi dixit
Tolle grabatum tuum: et
ambula. Interrogauerunt
ergo eum. Quis est
ille homo qui dixit tibi
tolle grabatum tuum et
ambula. **I**s autem qui
sanus fuerat effatus uel
dicebat quis est. **I**is au-
tem declinauit a turba:
constituta in loco. **U**o-
stra inuenit eum ihesus in te-
plo: et dixit ei. Ecce sanus
factus es: iam noli pecca-
re, ne deterius tibi aliquid
contingat. **A**bijt ille ho-
mo et nuntiauit iudeis
quia ihesus est qui fecerat
eum sanum. **off.** **B**enedic

anima mea dno et uoli obli-
uisci omnes retribucos ei?
et renouabitur sicut aquile
iuuentus tua. **sc.** **S**uscipe
qs dne nris oblata ser-
uatis. et tua ppicius do-
na sacra. **ps.** **A**rcubus
caut et conturbentur omnes
iuniora mei auertantur re-
trorsum et erubescant valde uolo

Per huius **ps.** **U**ltima accer-
dne opera agne misse-
riet uia nra purgetur,
et uista desideria comple-
antur. **ps.** **sup** **populu.**

Araudi nos misericors
deus: et mentibus nris
grae tue lumene ostende. **ps.**

Araudi **ps.** **A**raudi in
oro mea in spai tuo inclina
aure tuam ad preem meam
in me. **ps.** **D**ne deus saluus
mee in die clamau et nocte
coram te. **ps.** **A**raudi **ps.**

Populu tuu dne qs
ppicius respice: at
qs ab eo flagella tue in-
audie demeter aite. **ps.**

Hodie **lib' deuteronomii**
 bus illis locutus est mo
 yses ad dominum dicens.
 Respice domine de sanctua
 rio tuo: et de excelso celo
 tum habitaculo: et ben
 dic populo tuo israel. et terre
 quam dedisti nobis sicut
 iurasti patribus nostris terram
 et lacte et melle manan
 tem. **A**udi israel. Hodie do
 minus deus tuus pre
 cepit tibi. ut facias man
 data eius atque iudicia
 et custodias ex toto cor
 de tuo: et ex tota anima
 tua. **D**ominum elegisti hodie
 ut sit tibi deus. etambu
 les in vijs eius: et custo
 dias ceremonias illius
 et mandata atque iudi
 cia. et obedias eius impe
 ro. **E**t dominus elegit te hodi
 e. ut sis eius populus pecu
 liaris sicut locutus est
 tibi: et custodias omnia
 precepta illius. et faciat
 te excelsores cunctis gen

tibus quas creavit ilau
 dem et nomen et gloriam su
 am: ut sis populus sanctus do
 mini dei tui sicut locutus
 est tibi. **Ge. Miserere mi domine**
 quoniam infirmus sum sana me
 domine. **U** Concubata sunt omnia
 ossa mea et anima mea turbata
 est valde. **ore. flet. ge. de.**

Pro tector ur aspice
 deus: ut qui malo
 rum nostrorum pondere pre
 minuit: percepta misericordia
 libera tibi mente famu
 lem. **Deuteronomii**

H diebus illis **D**ixit mo
 yses filiis israel. **S**i custo
 dicatis mandata que
 ego precipio vobis et fe
 ceritis ea: ut diligatis
 dominum deum vestrum: etambu
 les in omnibus vijs eius
 adherentes ei. disperdet
 dominus omnes gentes istas
 ante faciem vestram: et pos
 sidebitis eas quoniam maiores
 et fortiores vobis sunt.
Omnis locus quem calca

1771
uerit pes vester v̄r̄ erit.
A deserto et lybano et flu
mine magno eufrate.
vsq; ad mare occidentale
erunt termini v̄ri. **N**ullus
stabit contra vos. **T**erro
rem v̄r̄m atq; formidi
nē dabit dñs deus vest̄
super omnē terrā quā
calcaturū estis: sicut lo
cutus ē dñs deus nr̄. **gr̄**

Custodi me dñe ut pupil
lam oculi sub umbra alarū
tuarū protege me. **V̄** De vul
tu tuo iudiciū meū prodent
oculi tui videat equitatem.

A **ore nr̄: Act. gr̄ le.**
desto q̄s dñe suppli
cationibus nr̄is: ut cē
te largiente mereamur
et inter prospera humi
les: et inter aduersa se
cūri. **P̄ Machabroū**

T **N** diebus illis **O** rōs
faciebant sacerdotes dū
offerret sacrificiū pro
p̄plo isrl̄: ionatha i cho
ance. ceteris autē respō

dentibus et dicentibus
Benefaciat vobis de⁹
et meminerit testamēti
sui qđ ad abraham et
ysaac et iacob locutus
ē seruatorū suorū fidelium
Et det vobis omnibus cor
ut colatis eum. et facia
tis eius voluntatē. **A**d
aperiat cor v̄r̄m in lege
sua: et in preceptis suis
et faciat **suis pacē**. **Ex**
audiat orōnem v̄r̄am
et reconcilietur vobis
nec vos deserat ī tempo
re malo. dñs deus nr̄.

Facta cogitatuū tuū **Ex**
ī dño et ip̄e te amittet. **V̄** **D**ū
clamare ad dñm exaudiuit
vocē meā ab impijs qui apro
pinquāt mī. **ore nr̄: Act. gr̄.**

D **O** rōes ppli tui q̄s
dñe clementer ex
audi: ut qui iuste pro
p̄cātis nr̄is affligimur.
pro tui nominis gl̄a.
misericorditer liberem⁹
P̄ dñm. lco lib' sapie

Miserere nri deus om
 niu et respice nos
 et ostende nobis lumē
 misericordiū tuar; et
 inuice amorē tuū sup
 gentes que nō exquisi
 erunt te. et agnoscant
 quia nō ē dñs nisi tu.
 ut enarrent mirabilia
 tua. **A**leua manū tuā
 super gentes alienas:
 ut videant potentiam
 tuā. **D**icit enī in dñi
 cor sanctus es i nobis
 sic in dñi nro mag
 nificaberis in illis: ut
 cognoscant te sicut et
 nos cognouimus. quī
 nō est deus preter te dñe
In noua signa et imu
 ta mirabilia: glori
 ca manū et brachium
